

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Malleus maleficarum

Institoris, Heinrich

[Speyer], nicht nach 14. Aug. 1490

Secunda pars principalis huius operis. Quia est de modo procedendi qui a maleficis pro maleficijs inferendis observatur.

[urn:nbn:de:bsz:31-310136](#)

Incipit secunda pars huius operis.

Secunda pars principalis huius operis. Quia est de modo procedendi qui a maleficiis pro maleficiis inferendis obseruantur. Et per decē et octo capitula distinguitur cum duabus dumtaxat difficutatibus quarū una in principio super remedia p̄seruatua ut videlicet quis maleficari nō possit. altera in fine super remedia amouentia maleficia. et per que maleficiati curari possunt. cum s̄m p̄m in. iij. p̄fiscor̄ re mouens et p̄fibens coincidunt. et sunt cause per accidens. Ideo ut per hec totale fundamentū huius horrende heresis habeat. Circa duo principaliter insistendū erit. Primo circa introitū earum et p̄fessionem sacram legam. Secundo circa progressum in modo operandi et horrendaz obseruantā. Tercio impedimenta salubria cōtra earum maleficia et remedia p̄seruatua. Et quia in morali iam laboramus materia. Unde argumentis variis et declarationibus r̄bisq̄ insistere opus nō est. cum ea que per capitula sequentē sint p̄ precedentes questiones sufficienter discussa. Ideo precamur in deo lectorē ne demonstratio in omnib⁹ querat vbi accōmodata sufficit p̄babilitas ea deducendo que constant aut visus vel auditus p̄pria experientia aut si de dignorū relatifib⁹ esse vera. Circa primū autem duo principaliter tangentur. Primo diuersi modi ipsius demonis innoxios alli-ciendi. Secundo diuersi modi ipsam heresim p̄fitendi. Circa secundū vero sex per ordinem tangentur quo ad modū procedendi et curandi. Quia primo de his que a maleficiis pro se et suis corporibus practicantur. Secundo de his que erga alios homines operantur. Tercio de his que erga bestias. Et quartο de his q̄bus terre frugibus nocent. Quinto de maleficio tantummō virorū quibus videlicet maleficijs tantummō viri et nō mulieres insistunt. Sexto de questione super maleficia amouenda. et quibus modis curant maleficiati. Est ergo prima questio per decē et octo capitula distincta. cum totidē modis in suis ritibus variant et multiplicantur.

Unusquis possit per bonos angelos ita beneficiari. q̄ia maleficijs per quoscūq̄ infra scriptos modos non valeat maleficiari. Et videt q̄ nō. Et q̄ per

precedentia declaratum est etiā innoxios et innocentes et iustos plures a demonib⁹ affligi. ut Job et plures pueri innocentes qui cernunt maleficiati cum multis alijs iustis licet nō equaliter ut peccatores. eo q̄ non in perditionē suarū animarū. q̄uis bonis fortune et corporū affligant. In contrariū est maleficarum fassio q̄ videlicet nō omnes ledere valeant. sed tantummō illos quos cernunt ex informatione demonū diuino auxilio destitutos. Responsio. Tria sunt genera hominum beneficiati a deo quibus illud pessimum genus suis maleficijs nocere non potest. Et primi sunt qui publicam cōtra eos iusticiam exercēt. aut officio aliquo publico aduersus eos insistunt. Secundi qui de ritibus ecclesie seruatis et veneratis ut per aque benedictę aspersiōnē. per salis cōsecrati sumptionē. per candelarum in die purificationis. et frondium in die palmarū cōsecratorum r̄sum līcūtum. cum ad hoc talia ecclesia exorcisat ut vires demonis imminuant se muniunt. de quibus modis patebit. Terciū sunt qui per sanctos angelos variis et infinitis modis beneficiantur. De primis ratio datur et per varia acta et gesta cōprobatur. quia enī omnis potestas a deo est et gladiū portat. Iuxta apostolum. In vindictā malorum et retributionē honorū nō mirum q̄ tunc angelica potestate demones arcentur: quādo iusticia in vindictā illius horredī criminis exercetur. Post tant ad idē doctores. q̄ quia potestas demonis quinq̄ modis impeditur: in toto vel in parte. Primo per terminū sue potestati a deo impositum. sicut de iob p̄mo et secūdo tangitur. Et de illo de quo in fornicario nider legitur q̄ iudici fassus fuerat. q̄ dū quidā ipm inuocasset ut inimicū suū vita priuaret aut in corpore lederet: vel ictu fulminis interime ret. cum vocasset demonē ait ut eius auxilio talia perpetrare. Respondit mihi: q̄ neutrum facere posset. habet inquit fidem bonā et diligēter se signo crucis munit. idcirco nō in corpore sed in vndecima parte fructuū suorum in campo si libet ei nocere possum. Secundo impeditur per impedimentū exterius adhibitum ut in asina balaam. Num. xxii. Tercio per miraculū impossibilitatis exterius factum. Et sunt qui ex singulari privilegio beneficiantur. De quo tertium genus hominum qui maleficiari nō possunt iam infelix patebit. Quartō per dei iudicium singulariter disponentis per obstaculū boni angelī. ut de alimodeo interficiens sponsos sacerdotis nō autē thobiā. Quinto interdū

dei et pal. Exorcis.

per cautelam sui ipsius. quia non vult interdum diabolus ledere ut peius inde sequat. ut cum excommunicatos retare posset. sicut et corinthum quem vexavit excommunicatus. **C**orint. v. tam non facit ut fidem ecclesie in clavum potestate eneruat. Ideo a simili etiam dicere possumus? quod etiam si divina virtute non arcerent quando publica iusticia exercetur. adhuc tamen sepe maximum seu punctionem a maleficiis voluntarie retrahunt. quia vel timent earum conversionem. vel quia desiderant et accelerant earum damnationem. **A**ctis denique et gestis hec cōprobantur. Nam et prefatus doctor refert quod malefici verbo et experientia testimonium dederunt. quod ipso quo per reipublice iusticie officiales capiuntur. statim omnis maleficorum eneruant potestas. **V**nde et quidam iudex petrus noī de quo et supra mentione facta est: cum quendam maleficū stolidum noī p suos famulos capere voluisse. tamen tremor eorum manibus incusus fuit et naribus tam malus fetor illapsus. ut se fere desperarent an maleficū inuadere auderent. **Q**uibuscum iudet imperasset. Secure miserū inuidite. quod publica tactus iusticia oēs vires perdet sue nequitie. Et ita rei probauit effectus. nam captus et incineratus fuit. ppter plurima ab eo perpetrata maleficia quod sparsim hincinde posita sunt et accommodata diversis materiis. **S**ed et plura que nobis inquisitoribus in officio inquisitionis laboribus cōtigerunt si recitare expediret ut animū lectoris in admirationē verteret. **S**ed quia laus in ore proprio sordescit potius expedit silentio ppter quod nota inanis glorie in currere. illis dūtata exceptis que a deo in luce pdierunt quod celari non possunt. In oppido nempe rauenspurg dum a cōsulibus malefice incinerande interrogantur. cur nobis inquisitoribus aliqua maleficia sicut alijs hoībus non inuoluerint. Respondentur. **L**icet plures hoc facere attentant non tamen potuerunt. Et de causa inquirentibus respondebat se nescire nisi quod sic a demonibus informate fuissent. quotiens enim nocturnis et diurnis temporibus nobis infestis fuerūt enarrare non sufficimus. iam ut symee cum iam ut canes aut capre suis clamoribus et insultibus nos inquietaret. de nocte ad orationes licet indeuotas surgentib[us] extra fenestrā loci quod tamē in tanta altitudine erat quod nisi per longissimas scalas quis adire potuisset. ictu validissimo quasi ad caput de directo p[ro]cūtiebat. acus lintheo quo caput tegebat inserventes. sic etiam a nobis surgetib[us] reperiabantur quasi illos capitū nostro immittente arte magica voluissent. **S**ed laus altissima quod sua

pietate absque meritis nostris nos tanq[ue] publicos iusticie fidei indignos famulos p[ro]seruauit. **D**e secundis vero ratio in se patet. **P**la ad hoc exorcizant ab ecclesia et omnino sunt efficacissima remedia ad p[ro]seruandū se ab insultibus maleficarū. **Q**uod si queritur quod quē modū quis se munire debet. **D**icendū primo de his que absque alligationib[us] sacrop[ro]verbiorum fuerit: et demū de ipsis sacris carminib[us]. **N**am de primis licet est aqua benedicta: etiam quecumque honesta loca hominū et iumentorum cū in uocatione sanctissime trinitatis et orōne dominica in saluationē hominum et inmentorū aspergere. sic enī in exorcismo dicatur uerbū aspersa fuerit careat omni immundicia liberes a noīa non illic resideat spiritus pestilens etc. **H**omines enī et iumenta saluat d[omi]n[u]s intra p[er]ipheriā uñūquod[em] p[er] modulo suo. **S**ecundo sicut primū de necessitate ita hoc secundū licet cercū benedictū accēdere est de cōgruitate aspergere videlicet cum tali cerco loca inhabitantia. **T**ercio herbas p[er]secratas adiungere vel sumigare cum illis habitabiliis in aliquo loco occulto coniungere plurimum expedit. **S**ic enī in ciuitate Spirensi anno codē quo hic liber est inchoatus contigit quod dum quedā deuota mulier cū quadaz suspecta malefica verba habuisset iuxta mortem muliercularū mutuo brigantū rixosa. de nocte tamen cum parvulum lactente cunis imponeat voluisset: et mente reuoluens ea quod de die cum suspecta malefica p[ro]gesset: timēs de piculo pueri herbas benedictas pueri superposuit aqua simili aspersit. sal exorcizatum ori parū immissit: signo crucis muniuit et cunabulo diligenter alligauit. **E**t ecce circa medium noctis vagiente puerū auditum: et dum iuxta mortē puerū cōrectare et cunabulum in alto prope lectum positum mouere voluisset cunabulum quidem mouit: sed puerū contristare quia aberat non potuit. tremens paupercula et de pueri amissione vehementer dolens lumine accenso parvulum vagientem sub lectica et in angulo sine tamen lesionē repperit. **Q**ua in re perpendi potest quanta init exorcismis ecclesie aduersus insidias diaboli virtus. **L**iquet insuper omnipotentis dei clementia et sapientia que attingit a fine usque ad finē fortiter disponit etiam istorum pessimorum hominū et demonum maleficia suaviter. ut ubi querunt fidem immuinere et infirmare: eandem in multorum cordibus firmane et radicent validius. **U**tilitates enim pluri me fidelibus ex huīusmodi malis pueniūt. ubi sic fides roboratur: demonis malitia in-

spicitur. dei misericordia et potestas manife
statur. homines ad sui custodiā actuantur. et
ad reverendū christi passionē et ceremonias
ecclesie accenduntur. Illis etiā diebus scul-
tus cuiusdam ville rysental. dum gravissi-
mis doloribus et torsionibus corporis esset
maleficiatus. et q̄ per maleficis sibi cōfigi-
set nō tā ab alijs maleficis q̄stum et per expe-
riential edoctus fuit. dixit enim q̄ singulis
dominicis diebus se munire cum sumptio-
ne salis et aquae benedictē solebat. et quia vno
die propter cuiusdā celebrandas obmiserat
nuptias eodem etiam die maleficiatus fuit.
Quid deniq̄ de illo in rauenspurg cū a dia-
bolo in forma vnius mulieris ad carnalem
actum sollicitaretur. ille plurimū anxius dū
desistere nollet diabolus: illi pauperi in men-
tem venit ut sumptione salis prout in predi-
catione audierat se munire deberet. vnde cū
ad introitum stube sal benedictū sumplisset
mulier toruo vultu eum insperit. et quis dia-
borum ip̄m de hoc docuiset improporan-
do subito disparuit. vbi diabolus per se in ef-
figie malefice: aut cum p̄sentia corporali ma-
lefice affuerat: cum vtrūq; facere deo permis-
tente potest. Sed et illi tres socij per viā am-
bulantes: duo eorum iecu fulminis percussi
fuerant. et tertius territus cum voces in ae-
re clamantes audisset: percutiamus et illum.
altera vox cum respondisset nō possumus. qz
hodie verbum caro factum est audiuit. intel-
lexerat q̄ ea de causa qz missaz audierat: et in
fine missæ euangelium iohannis. In princi-
pio erat verbum t̄c. audinisset: ideo preserua-
tus fuisset. Sed et per sacra verba corpori al-
ligata q̄ mīro modo sunt preservativa dum
modo septem cōditiones in ipsis seruentur.
De quibus et in ultima questione huius se-
cunde partis mentio fiet. Et q̄ ibi de reme-
dijs sanatiis sicut hic de remedij preserva-
tiis tractabitur. Et illa sacra verba nō so-
lum ad preservandū sed etiam ad curandū
maleficiatos tendunt. Plurimū autem sunt
preservativa locorum hominū et iumentoz
verba tituli triumphalis nostri salvatoris:
dum sc̄z per quatuor partes loci in modum
crucis inscribuntur. Jesus + Nazarenus +
Rex + Iudeorū + vel etiā iungendo nomē
virginis marie. aut euangelistarum. aut etiā
verba iohannis. Verbum caro factum est.
Tercium vero genus quod a maleficiis ledi
nō potest est singularissimū vtpote precipua
angelica custodia munitum: interius et exte-
rius. Interius per gratię infusionē. Exteri
per celestium virtutum id est per motores or-

bium celestium ptectionem. Et hoc quidem
genus in duabus speciebus electorū diversi-
fatur. quia vel munitur cōtra omnia gene-
ra maleficiorum ita q̄ in nullo ledi possunt.
vel q̄ precipue circa generatinā potentia ita
castificentur ab ipsis bonis angelis: sicut ma-
li spiritus quosdā malos homines vel infla-
mant circa vñā vel infrigidant circa allam p
sua maleficia. Primum de interiori et exterio-
ri ptectione quo ad gratiam et quo ad influ-
entias corporum celestium sic declaratur. Nam
licet deus per se gratiam infundat menti nō
stre ira q̄ nulli creature potestas ad talē infu-
sionem se extendere potest. Juxta illud. Gra-
tiam et gloriam dabit dominus. tamē dispo-
sitione vt tradit̄ sanctus Thomas in quod až
loco super tertium sententiarū. quādo deus
aliquā notabilem gratiaz vult infundere an-
gelus bonus cooperatur. Et hoc est quod
Dionisius pretendit quarto capi. de divini. no
minibus. Hec est lex diuinitatis immobili-
ter stabilita ut ima a summis per media p
ficiantur. ita q̄ quicquid boni a fonte totius
bonitatis in nos emanat totum per ministe-
rium bonoz angelorum habemus. Demus
exempla cum rationib⁹. Nam licet ad ver-
bi dei conceptionem in virgine beatissima
per quam deus homo factus est sola diuina
virtus efficienter affuerit. tamē angelico mi-
nisterio mens virginis per salutationē et per
intellectus cōfortationem et informationem
multum excitata vel ad bonū p̄dissposita fu-
it. Ratione nam et p̄fati doctoris sentētia est
q̄ in homine tria sunt ut videmus. sc̄z volun-
tas. intellectus. et potentie alie interiores et
exteriories affixe membris et organis corpo-
ralibus. In primū solus deus agere valet.
quia cor regis in manu domini dispositio
angelus bonus in quantum intellectum ad
veri et boni agnitionem amplius illuminat
ita q̄ in secundum et deus et angelus bonus
agere possunt illuminando. Et in tertium si
militer bonus angelus ad bonum. et malus
angelus licet deo p̄mittente immisiones ma-
las imprimere potest. Tamē in potestate hu-
mane voluntatis ē tales immisiones factas
acceptare vel refutare. quas etiā semper homo
cū dei inuocata gratia potest propulsare De
exteriori etiam custodia: que per motores or-
bium a deo communicatur est cōmuniſ tra-
ditio et magis consona tam sacre pagine q̄s
philosophie naturali q̄ omnia corpora cele-
stia mouentur virtute angelica et dicunt̄ mo-
tores orbium. et a christo et ab ecclesia virtu-
tes celorum vocantur. et consequenter a cele-

nibus influentibus. omnia huius mundi corporalia reguntur. teste philosopho proximo Iherorum. Quare et dicere possumus cum deus singulariter habet providentiam de suis electis. licet quosdam malis huius vite scilicet penalitatibus subiicit: quosdam tamen ita preservat quod in nullo ledi possint. Et hoc donum recipiunt vel ab angelis bonis ipsis ad custodiā a deo deputatis. Vel ex influentibus celestium corporū seu a motoribus ipsorum omnium. Insuper notandum quod licet aliqui contra omnia maleficia muniantur. Aliqui vero contra aliqua et non contra omnia. sunt tamen aliqui qui singulariter a bonis angelis super vim generatiā ita castificantur quod nullo modo a malis maleficiari circa illam potentiam possunt. sed de his scribere videtur in parte superfluum. licet in parte foret necessarium propter hoc quod isti qui circa potentiam generatiā maleficiuntur: ideo destituntur angelica custodia quod vel semper sunt in mortali peccato. vel nimis libidinoso affectu illis spuriis insunt. unde etiam ut in prima parte operis tactum est. deus amplius permittit potentiam illam maleficiari. ne dum propter eius turpitudinem quantū ei propter hoc quod corruptio primi parentis sub originali contagione. in totum genus humanum traducitur. Dicamus tamen pauca qualiter bonus angelus interdum viros iustos et sanctos beneficet et precipue circavim generatiā. Nam ita factum est de sancto Herenio abate. de quo refert cassia in colla. patru. colla. abbatis sereni prima. Hinc inquit pro interna cordis atque anime castitate nocturnis diurnisque precibus. ieiuniisque atque vigiliis infatigabiliter insistens cunctos estus carnalis concupiscentie tandem per diuinam gratiam in se extinxisse percepit. Deinde maiori zelo castitatis successus prefatis usus remedios a deo petiit ut interioris hominis castitas in corpus redundaret dei dono. Postremo autem venies ad eum angelus in visione nocturna: cuiusque ventre aperiens ventre quandam ignitam carnis struam de eius visceribus euellens suisque omnia ut fuerant locis intestina restituens. Ecce inquit incentiva carnis me abscisa sunt et obtinuisse te noueris hodierna die perpetuam corporis puritatem. iuxta votum quo poposcisti ut ne ipse quidem naturali motu qui etiam in parvulis atque lactentibus excitat vterius pulsaris. Sic etiam de beato equicio abbate dicit beatus Gregorius proximo libro dialogorum. Hunc inquit cum iuuentutis sue tempore acriter certamen carnis incenti

na fatigaret. ipse sue temptationis angustie ad orationis studium sollicitiore fecerunt. Atque bac in re ab omnipotenti deo remedium continuis precibus quereret: nocte quadam assidente angelo eunuchari se vidit. eiusque visione apparuit quod omnē motum ex genitalibus membris abscederer. atque ex eo tempore ita fuit alienus a temptatione. ac si sexum non haberet in corpore. ecce quale beneficium castificationis. Quia virtute fratris ex dei omnipotētis auxilio ut viris ante perat ita cepit post modum feminis preesse. Ita in vita patrum illorum quos sanctus Heraclides vir religiosissimus collegit in libro suo quē paradisum nominat: meminit cuiusdam sancti patris et monachi quē heliam vocat. Hic misericordia motus trecentas feminas in monasteriū collegit et regere cepit. Transacto autem bimino iam trigintaquinq̄ annos habens vite tentatus a carne in beremū fugit ubi biduo ieunio orans ait. Domine deus autem occide me aut libera me ab hac temptatione. Vespere igitur somnus ei irrepit: et tres angelos ad se respondere videbantur: quibus querentibus. Tunc a monasterio virginū fugisset. nec ille per reverentia respondere auderet. dixerunt angeloi. Si liberaberis num redibis curam feminarum gerendo. Respondit ille quod libens. Tunc illi iuramentum ab eo excipientes quod exegerat eum eunucharunt. Nam unus manus: alter pedes. tertius novacula testiculos eius visus est absindere. non quod ita vere esset sed quod ita esse videbatur. querentibusque an ne remedium sentiret. Respondit ille se plurimum exoneratum. Unde quinta die ad lugentes feminas rediit: et per quadraginta annos quibus supervixit nec pristine tentatio deinceps scintillam sensit. Non minus beneficium collatum esse legimus beato Thomam doctorem nostri ordinis qui a consanguineis propter ingressum dicti ordinis incarcerated: ut per meretrice seduceretur ad seculum tentatus est. que per consanguineos immissa veste et ornatu comparsimmo. cum doctor etiam intuitus fuisse ad materiam ignem cucurrit titionem ignitum arripuit et suggestricem ignite libidinis et carcere fugavit. et orationi statim per castitatis dono prostratus obdormiuit. Vbi duo angeli ei apparuerunt dicentes. Ecce dei ex parte te cingulum castitatis quod nulla possit de cetero impugnatione dissolvi. Et quod humana virtute meritis non acquiriri ex parte dei confortur ex dono. Sensit igitur cincturam scilicet tactum cincture et exclamando enigilauit. Deincepsque tanto munere castitatis se dotatum sensit: ut ab

eodem tempore oem abhorret luxuriam ut nec sine necessitate feminis colloqui posset. sed perfecta castitate polleret hec ex fornicatio nider. **Dis** igil tribus generibz hominu de p̄tis nemo securus a maleficiis: quin ex decem et octo modis infra scriptis aut maleficiatur aut ad maleficiendū tentat et incitat. **D**e q̄bus per ordinē primo est differendū ut post eo clarius quibus remedij maleficiati possint relevari discussiā et ut eo clarius pateant ipi decē et octo modi per totidē capicula deducentur. ut primo circa maleficarū introitū pateat diuersi modi per quos ipē malefice innoxias iuuenculas in augmentū illius p̄fidie attrahunt. **S**ecundo de modo sacrilege p̄fessionis earum rbi et quedā declaratio omagij prestandi ipi diabolo inducit. **T**ercio de modo quo localiter transferuntur in corpe vel in spiritu. Et quarto quo se incubis demonibz subiiciunt. **Q**uinto de modo generali prout per sacramēta ecclēsie sua maleficia exercent. Et in speciali de modo q̄ d̄emptis corporibz celestibz quascūq; creaturebas deo p̄mittente inficere solent. **S**exto de modo quo vim generatiā impedire solēt. **S**eptimo super modū quo membra virilia auferre p̄stigiosa arte solent. **O**ctauo sup modū quo hoies in bestiales formas trāsmutare solent. Nemo super modū quo demones intra capita sine lesione existunt quādō p̄stigiosas apparitiones operant. **D**ecimo super modū quo demones operatione maleficarum hoies interdū substantialiter inhabitat. Undecimo quo omne genus infirmitatis inferre solēt: et hoc in generali. Duodecimo de quibusdā infirmitibz in speciali. **T**ercio decimo super modū quo obstetrices malefice maiora damna inferunt dum infantes aut interimunt. aut demonibz execrando offerunt. Quartodecimo super modū quo iumentis varia nocumenta inferunt. Quintodecimo sup modū quo grandines et tempestates cōcitare: et fulgura fulminare sup homines et iumenta solent. **S**edecimo decimo septimo et decimo octauo super tres modos quo tñi viri et non mulieres maleficiis sunt intenti. Post hec sequetur questio super modos tollendi huiusmodi maleficia. Nec estimat q̄s funditus horum noticiā capere p̄ eo q̄ bivarij modi super varia maleficia inferenda recitantur. Hoc enim et modicū utile immo fortassis et nocere posset neq; enī prohibiti libri nigromantie hic inseruntur. cum hoc gen⁹ supersticōs nō libris aut a doctis sed omnino ab imperitis practicatur. vñbabēs fun-

damentū: dum illud nō exprimitur aut p̄acticatur impossibile sit aliquē maleficijs ut maleficum insisteret. Recitantur autē hic modi in superficie ut eoz opera nō incredibilia videantur sicut hucusq; in magnā fidei contumeliam et iporum maleficioz augmentū actum est. Q̄ si aliquis ex p̄habitis cum dictum est aliquos preservari per influencias corporū celestium ut maleficiari nullo modo possint. velit hoc etiam attribuere illis influen tias dum aliqui maleficiantur quasi quedā necessitas ibi sit siue ad preservandū a maleficijs. siue ad inficiendū ab illis. talis nō recte mentem doctorz saperet varijs respectibz. **P**rimo quia enim tria sunt que a tribus celestibus causis dirigi possunt sc̄ voluntatis actus. intellectus actus. et corporalia. **E**t primum ut supra tacum est a solo deo et immediate diriguntur. Secundū ab angelo. Tercium a celesti corpore. licet diriguntur nō tamen necessitatur. Secundū quia enī ex dictis manifestum est q̄ electiones et voluntates immediate a deo diriguntur. **J**uxta Apostolū. Deus est qui operatur in nobis velle et perficere pro bona voluntate. et cognitio humana intellectus a deo mediantibus angelis ordinatur. Ideo etiam corporalia quecunq; siue sint interiora ut virtutes et scientie acquirent per corporales poterias interiores. siue sint exteriora ut sanitates et egritudines a celestibus corporibz mediantibus angelis dispensantur. quod et Dionisius tangit. iii. ca. de dñi. no minibus. q̄ corpora celestia sunt cause eoz que in hoc mundo fiunt. tamē hec sunt intel ligenda quo ad sanitates et egritudines naturales. **H**ec autē egritudines cum sint sup naturales ppter demonis potentia que illas deo p̄mittente infert. ideo nō possumus dicere q̄ ex influentibz corporū celestū contingat q̄ aliquis maleficiat. sicut bene dici p̄t q̄ ex influentibz corporū celestū est q̄ aliquis maleficiari nō p̄t. **E**t si dicif q̄ opposita habent fieri circa idē. et sicut p̄positū in p̄posito ita op̄ positum in opposito. Respondeat q̄ ybi aliquis preservatur virtute corporū celestū ab infirmitibz his supernaturalibz hoc nō fit virtute corporū celestū immediate: sed virtute angelica que illā influentiā confortare p̄t. ut ini micus suis maleficiis nō possit sup eā p̄uale re. et virtus illa angelica p̄t deriuari vel a motore orbis celestis ut si iam in puncto q̄s mori deberet sup periodo naturali deus sua potentia qui sp̄ per medias causas homīs operatur hoc immutare p̄t virtutē conservatiā p̄ defectuua nature immittendo et ei⁹ influēt.

g 17

17

sta et dicere possumus de eo qui maleficiari posset qd etiā tali mō a maleficis p̄seruatur. vel sit talis p̄seruatio ab angelo ad custodiā deputato que etiā p̄cipua est inter oēs custodias. Et qd dicit Iere. xxii. Scribe virum istū sterlē qui in dieb̄ suis nō p̄sperat. Hoc intelligit qd ut ad electiones voluntatis in quib⁹ homo unus p̄sperat: alius nō. qd etiā cōtingere p̄t ex influentiis corporū celestī. verbi ḡra. alijs inclinat ex impressione corporū celestī ad aliquas electiones viles ut de ingressu religionis: vel huius. Et cum ex lumine angelī illuminat eius intellectus ad eadē agenda. et ex diuina operatiōne inclinat eius voluntas ad hoc p̄sequendū talis dicit bene p̄sperari. vel etiā qn̄ quis inclinat ad aliquā arē vel ad aliquid vtile practicandum. Ecōtra dices male fortunatus: quādo ex superioribus causis ad p̄traria eius electio inclinatur. De quib⁹ sensētib⁹ et multis alijs loquitur sanctus Tho. in summa p̄tra genti. libro. iij. et in pleriqz alijs locis quō differt dicere aliquē esse bene vel male natū: bene vel male fortunatū: bene vel male gubernatū et custodiū. Quia ex dispositōe relicta a corpore celesti dicit aliquis bene vel male natus: et sic etiā fortunatus. Et m̄ vero qd ab angelo illuminatur dicit bene custodit et nō male rbi sequitur illuminatiōes. Sed m̄ qd a deo in bonū et illud p̄sequitur dicit bene gubernamus. Que tamē electōes hic nō habent locū. quia de ip̄is nō intendimus sicut de p̄seruatione a maleficiis inferēdis. De qua ad p̄n̄ sufficiat: aggrediendo earū ceremonialia qd ab eis practicantur. Et primo quib⁹ modis innoxios ad earū pfidā alliciunt.

De diversis modis quibus demones atrabūt et alliciunt innoxios per maleficas ad angmentū illius pfidie.

Sunt autē tres modi p̄ ceteris quibus demones p̄ maleficas innoxios subvertunt. Et ex quibus cōtinue illa pfidia augmentat. Et primus est per tediuz ex importuna temporaliū damnificatiōe. Nam sicut sanctus Gregorius dicit. Diabolus frequēter tentat ut saltum te dio vincat. Intelligas m̄ hoc infra vires tentati. et sup diuinā permissionē declara qd deus p̄mittit ne hoīes ignavia torpeat. In cuius figura dicit Judicū. y. Has gentes nō deleat deus vt crudiret Israel in eis: et loquitur de finitimiis nationib⁹ canancor. Jes

buscīs et alijs. Et iam hūsite et alijs heretici permitiuntur vt deleri nō valeant. Ita et demones p̄ maleficas tantis afficiunt innoxios in spalib⁹ vicinos et innoxios vt qd coacti maleficiari suffragia primo habeat implorare et demū earū cōsilij se submittere. Experiētia sepe nos edocuit. Nonimus in diocesi Augustensi hospitē cui infra annū. xliij. equi successive dum fuissent maleficiati vector affecta maleficas cōsulū it et iuxta earū cōsilia vniqz non salubria alios quos expost emerat qd vector erat a maleficiis p̄seruauit. quante deniqz mulieres in officio inquisitiōnis nobis existentib⁹ cōqueste fuerunt. qd dū p̄pter dama vaccis ex privatōe lactis et alijs iūmētis illatis suspectas maleficas cōsuluis sent: etiaz remēda oblata p̄cepissent dummo aliquid vni spiritiū p̄mittere voluissent. et illics inquirentib⁹ quid nā p̄mittendū foret respondebat parum hoc esse dummo informatiōibus illius magistri assentirēt super certas obseruatiōes tpe diuinorū in ecclesia aut in cōfessionib⁹ sacerdotib⁹ faciēndū aliqua subtilēdo assentirēt. Ubi notandū qd v̄ su pra tactum est mille ille artifex a minimis et paucis inchoat vt qd tpe elevationis corporis christi in terrā spumant aut oculos claudant aut qd aliqua verba inutilia p̄ferant sicut et nouimus eam qd adhuc superest secula ri brachio defensa quādo infra missarum solennia sacerdos populū salutat dicēdo. Dominus robischi. Ip̄a semp subiungit vulgari sermōe. ker mir die zung im ars vmb. Aut qd in cōfessione post absolutionē factā etiam similia p̄ferant. aut qd nunqz et integro cōsternat p̄cipue mortalia peccata. sicut ad omni modam fidei abnegationē et sacrilegā p̄fessionē paulatim perducunt. Et hic mod⁹ seu etiam quicunqz cōsimilis obseruatur a maleficiis erga honestas matronas viciū carna libus minus deditas magis autē terrenis comodis inhabantib⁹. H̄z erga iūuenculas ambitioni et voluptati corporis magis deditas aliū modū obseruant sc̄z p̄ carnalia desideria et voluptates corporis. Ubi notandū qd sicut intentio et appetitus diaboli maior est ad tentanduz bonos qd malos. licet ex parte tentatorū magis tentat malos qd bonos. id ē qd amplior abilitas reperitur in malis ad recipiēndū tentationē demonis qd sit in bonis. Ita et diabolus sanctiores qualsqz virgines et puellas magis seducere conatur. cui experientia superest et etiam ratio. Nam cū malos iam possideat nō autē bonos ideo magis conat seducere ad sui dominū iustos quos

non habet quod possessos malos. **Sicut** etiam aliquis princeps terrenus magis **insurgit** contra illum qui plus austert de iure suo quod contra alios qui non sibi contrariantur. **Experiencia.** Nam in oppido rauenspurge duabus incineratis put etiaz inferius patebit ubi de modo quod obseruantur citando tempestates tangentur una illa balneatrix inter alia que fassa fuerat etiam hoc recitavit se multas a diabolo fuisse perpessas iniurias ea de causa quod virginem quandam deuotam et filiam cuiusdam prediuitis quae nominare opus non est cum et ipsa iam defuncta sit disponente diuina clementia ne malitia depravaret cor eius seducere deberet taliter ut ipam festino aliquo die invitaret ut et ipse demon in specie iuuenis cum ea sua colloquia habere posset. **Addiderat** etiam quod licet sepissime hoc facere attentasset semper tamen ubi iuuencula fuisset allocuta illa signo sancte crucis se munivit. **Et** hoc utique ex instinctu sancti angeli ad effugandum opera diaholi processisse nemo dubitat. **Est** et alia virgo in diocesi argentinensi constituta que et vni ex nostris confessio afferuit quod die quadam dominica dum solitaria in domo paterna incederet vetula quedam illius oppidi ipsam visitandi gratia accessit et inter alia scurrilia verba que proulerat hec ultimatum subintulit ut eam si placeret ad locum ubi iuuenes omnibus hominibus oppidi incogniti morarentur deduceret. **Et** dum ait virgo assensum prebuisset et ipsa subsecuta ad dominum venisset: vetula subintulit. **Ecce** per gradus ad cameram superiorem ascendemus ubi iuuenes morantur sed caueas ne signo crucis te munias quod dum me faciarum asseruisse illa procedente ego per gradus sequendo occulte me signo crucis muniri. **Vix** contigit quod in summitate graduum et annam cameram piter constitutae illa vetula horribili vultu et stomachato aio se vertendo et me aspicio dixit. **In** maledicaris signo crucis cur te sanguisti ab hinc in noite diaboli recedas sicque ad propria redi illista. **Nua** ex re colliguntur quod veteriuus antiquus ille hostis in seductione alias debachatur. Prefata denique balneatrix in cinerata per hunc modum asseruit ab alia quadae vetula se seducta cum in ei consodaliter differenti modo: quod vicus demonem in via in specie humana inuenisset cum et ipsa intentionis fuisset amasum suum fornicationis causa visitare. et ubi a demone incubo cognita fuisset et interrogata an eum agnosceret et ipsa se eum minime agnoscerere assereret. Ille respondit. **Demon** sum: et si volueris ad tuum beneplacitum sem-

per ero paratus. nec in quibuscumque necessitatibus te deserar. Ad que illa dum annuisset decem et octo annos usque videlicet ad ultimum vite spurciis illis diabolis inserviuit cum fidei tamen omnimoda abnegatione. **Et** est tertius modus alliciendi per viam metuicium et paupertatis. Nam corruptis iuuenculis et spretis ab amatoribus quibus se subvendit gratia ad eorum promissa impudice copularentur ubi iam omni frustrantur confidencia et se vindicis infamatas considerant etiam ad quecunq; diabolica presidia se converunt. aut ratione vindicte illi maleficiando amatorem seu illam cui se coniungit aut alias omnibus spurciis se submitendo machinantur. **Et** si cum talium iuuenularum non est numerus ut heu experientia docerit nec numerus maleficarum ex eis insurgentium pauca ex multis referamus. **Est** locus in diocesi Brixianae ubi iuuenis super uxore sibi maleficata talem causum deposituit. **De** enim tempore iuuentutis quandam ait adamando dum ipsa ingiter instaret ut eam matrimonio copularem et ego eam spernendo aliam ex alio dominio duxisset in uxore volens tam amicitie gratia ei complacere ipsam ad nuptias invitabam. **Quia** veniente dum alie mulieres honeste suas propinas seu oblationes presentarent illa que inuitata fuerat manu eleuans ceteris mulieribus que circumstabat audienter dixit: paucos dies sanos post hanc diem habebis. **Et** sponsa territa cum eam non agnosceret eo ut premissum est ex alio dominio copulata fuerat dum interrogaret circumstantes que non esset que ei huiusmodi minas intulisset. Alii ipsam vagam et dissolutam mulierem existere affirmabant. non minus tamen ea que predictum et eo ordine subsecuta fuerunt. **Nā** post paucos dies adeo maleficiata fuit et omnibus membris destituta quod etiam usque in pressens ultra annos decem in suo corpore maleficia cernuntur. sive que in uno duxerat oppido illius diocesis reperta sunt inserenda essent liber integer foret conficiendus. conscripta autem sunt et reposita sunt apud eundem episcopum brixianum. et utique stupenda et inaudita ut testis idem existit. **Hec** silentio prettereundum putamus rem stupendam et inauditam. Nam comes quidam preclarus genere vestraniensis territorij in confinibus argentinensis diocesis iuuenclam simili genere preclaram duxit uxorem quam tamen post celebratas nuptias usque ad tertium annum carnaliter cognoscere non poterat maleficis-

li impedimento ytrei pbauit euent⁹ speditus
Anxius et quid agere ignorans: et sanctos
dei iugiter interpellans. Accidit vt ad ciuita-
tem metensem ob negocior⁹ quorundam expe-
ditionē applicaret. In qua dū p̄ ricos et plaz-
reas seruis et familia vallatus incederet quā-
dam mulierē que ante illos annos cōcubina
sua fuerat obuiā haberet. quavis dū sup ma-
leficia sibi illata minime cogitaret improvi-
se eam blande et antiqua amicicia tracta al-
loquit. et qualiter se haberet et valerer inuesti-
gat. At illa cernens comitis pietatē viceuer-
sa comitē de valitudine sui corporis et status
diligenter inuestigauit. Quo respondēt q̄ be-
ne et p̄spere cū ncta sibi succederet. Illa atro-
nita paululū siluit. et comes cernens eā atro-
nitam amplius verbis blandis eā aggredit
ad collationē invitando. At illa de statu ux-
oris inuestigando: simile responsum accepit:
q̄ bene in oīb̄ se haberet. Tunc illa an ne pu-
eros generasset inquisiuit. et comes tres mihi
aut sunt pueri masculi: quolibet anno vñū
genuit. Tunc ampli⁹ illa stupefacta paululū
siluit. Et comes. Rogo te charissima cur tā
diligenter inq̄ris indica: nec enī dubito quin
me felicitari cōgratularis. Tunc illa. Vere
cōgratulor: sed maledicā illa vetula q̄ obtu-
lit se corpus restrū velle maleficari et car-
nalem actū cū uxore vestra exercere minime
haberetis. In cuius signū puteus qui est in
medio curie vestre cōtinet in fundo ollā cer-
tas res maleficiales cōtentē. que ea de cau-
sa ibidē posita fuit: vt q̄dū ibidē contineret
tamdiu cocundū imponētia robis adesset: sed
ecce oīa vana sunt de quib⁹ gaudeo tē. Nec
comes dū distulit ad domū regressus pute-
um exbauriri fecit: ollā repperit. et cuncta cō-
cremando potentia illā pditam subito recu-
peravit. Vñ cometissa denuo nobiles quasq;
ad nuptias nouas inuitauit affirmās se iam
dominā illius castri et dominij: q̄ tanto tem-
pore virgo p̄mansisset. Castri et dominij p-
pter honorē comitis nō expedit noīatū ex-
primere. hoc enī ipm recta ratio p̄suadet. et vt
substāti faci in detestationē tanti criminis
detegat. Ex q̄bus patēt variū modi a malefi-
cis vſitati in augmentuz sue pfidie. Prefata
enī mulier q̄ ab uxore comitis expulsa: hoc
maleficū comiti ex alterius maleficē infor-
matione intulerat. Qua de causa innumerū
effectus maleficiales sequunt.

Sequit de modo sacrilege pro-
fessionis.

Capitulum. ii.

Dodus aut̄ sacrilege professionis sup-
expressum pacū fidelitatis cū demo-
nibus varius existit. vt pote cū et ip̄e
malefice varijs exercitijs circa maleficia infe-
renda insistunt. Pro cuius intellectu est pri-
mo aduertendū q̄ sicut in genere triplice ap-
parent malefice ut in prima pte tractatus ta-
ctum est. scz ledentes sed curare nō valentes.
Curantes et ex aliquo singulari pacto cū de-
mone inito nō ledentes. ledentes et curantes.
ita et inter ledentes vñū genus existit supre-
num in quo genere existētes oīa alia malefi-
cia q̄ alie sparsim excent perpetrate valent.
Vn pfidendi vbi describit satis declarat de
alijs speciebus inferiorib⁹. Sunt aut̄ he que
p̄tra humane nature inclinationē immo om-
nium ferarū lupina tantummo excepta pro-
prie speciei infantes vorant et comedere so-
lent. Et hec est suprema species in maleficijs
excedendis. sunt enim que ad innumerā no-
cumenta alia tendunt. De enī grandines et
aures leſuas cum fulminib⁹ exagitant steri-
litatem in hominibus et iumentis p̄curant.
Infantes quos nō deuorāt demonib⁹ vt su-
pra patuit offerunt aut alias occidunt. Sed
hoc circa infantes nō renatos fonte baptis-
mati. quos autem deuorant renati sunt vt
patebit sed nō nisi deo p̄mittente. Scιunt et
infantes p̄p̄ aquas ambulantes in ipas nul-
lo vidente in aspectu parentū p̄p̄cere equos
sub infessoribus freneticos facere de loco ad
locū per aera vel corporaliter vel imaginarie
transmeare iudicū et presidentiū animos ne-
eis nocere valeant immutare taciturnitatem
sibi et alijs in tormentis p̄curare. in se capiē-
tum manus et animos tremorē magnū in-
cutere: occultā alijs manifestare. et quedā fu-
tura ex demonū informatō que vīc̄ aliquā
causam possunt habere naturalem p̄dicere.
vide questionē an demones valeant futura
p̄cognoscere in. ii. sententiarū dist. viii. absen-
tia velut p̄ntia cōspicere ad amorē vel odiū
inordinatū mentes hominū immutare ictu
fulminis nō nunq̄ quem volunt vel etiā alī
quos homines et iumenta interimere. vim
generatiū aut etiam potentiam coeundi au-
ferre. aborū p̄curare. infantes in utero ma-
tris solo exteriori tactu interimere. solo etiā
visu absq; tactu interdū homines et iumenta
maleficari et morte in ferre. p̄p̄ios infantes
demonibus dedicare et breviter oīa vt p̄mis-
sum est pestifera q̄ alie malefice sparsim p̄cu-
rare sciunt qn̄ dei iusticia talia fieri permitit
De in illo genere supremo existentes p̄petra

re sciunt: nō autē ecōuerso. hoc tamē est 2 mi-
ne omniū spūcias carnales cum demoni-
bus exercere. ideo et ex illorū modo p̄fitendi
qui in supremo genere existunt aliarū male-
ficarum modū faciliter quis capere potest.
Fuerunt autē tales dudum ante trīginta an-
nos in cōfinib⁹ subaudie versus dominū
bernenſiū ut re citat nider in suo fornicario.
nuncautē in cōfinib⁹ lombardie versus do-
miniū ducis austrie. vbi et inquisitor cum a-
nus ut in precedenti parte tacitū eſt yno an-
no quadraginta et vñā maleficas incinerari
fecit. et fuit annus dñi 7c. lxxv. qui etiā ad-
huc p̄tinuit inquirēdo laborat. **Nodus** autē
p̄fitendi duplex est. **Un⁹** solēnis p̄ simile ad
rotum solenne. Alius priuatus qui seorsuz
demoni quacūq; hora fieri potest. **Solēnis**
inter eos fit vbi malefice in certam cōtionem
statuto die veniunt et demonē in assumpta ef-
figie vident hominis. qui dū super seruāda
sibi fidelitate cū temporaliū p̄spērātēt et lon-
gitudine vīchortaf. ille que assunt nouiciā
fūscipendā sibi cōmendant. **Et** demon si de
abneganda fide et cultu christianissimo. et de
extenta muliere. sic enim et beatissimā virgi-
nem mariam nūnciūpant. et de sacramentis
nunq; venerandis innuerit nouiciā seu di-
scipulū voluntariū. **Tunc** demon manū ex-
tendit et viceversa discipulus seu nouicia sti-
pulara manu illa seruare p̄mittit. **Et** demon
habitis illis premisst statim subiungit hec
nō sufficere. **Et** vbi discipulus que nā vtē-
rius sine facienda inquirit. Demon omagiuū
petit quod cōtinet ut in anima et corpore si-
bi eternaliter pertineat et p̄ posse alios quo-
cunq; vtriusq; sexus sibi associare velit. Ad-
iungit deniq; ut certa vnguenta ex ossibus et
membris puerorū et precipue renatorū fon-
te baptismatis sibi cōficiant per que cunctas
suas voluntates explere cum sua assistentia
poterit. **Hunc** modum nos inquisitores et
perientia teste perceperimus in oppido brisia-
co basiliensis diocesis plenā informationē
capiendo ab vna iuuenula malefica sed cō-
uersa. cuius et matertera in diocesi argenti-
nensi incinerata fuerat: que etiam addiderat
q̄ per modū quo eius matertera ipam primi-
tus seducere tentasset talis erat. **Quadaz** enī
die secum per gradus ascendere habebat et
eius iussu cameraz intrare. vbi cum vidisset
quindecim iuuenes in vestimentis viridi co-
loris ad modū quo rutheri incedere solent:
matertera sibi dixit. **Elige** ex his iuuenibus
et cum quem volueris tibi tradā: et ipse te si-
bi in sponsam assumet et cum illa nullum se-

velit habere aſſeruit grauiter vulnerata tā-
dem acquicuū modū exprimē p̄missum: al-
ſeruit etiā q̄ ſepius per longa terrarū ſpacia
de nocte ſecū translata fuerat etiā ab argenti-
na vſq; coloniā. **Heceſt illa cuim occasione**
in prima queſtione p̄missum eſt noſvelle de
clarare: an malefice vere et corporaliter a demo-
nibus tranſferant̄ de loco ad locuſ. **Et** hoc
pter verba canonis. lxxvi. q. v. epi. vbi textus
ſenit q̄ ſolummo imaginarie. cum tñ inter-
dum enāvere et corporaliter tranſferant̄. In-
terrogata enim an ſolū imaginarie et ſanta-
ſtice ſic incederet q̄ demones illuſe. **Respon-**
dit q̄ vtrq; mō put etiā veritas ſe haberet ut
iſerius de mō tranſferedi localiter declarar-
bitur. Aſſeruit etiā q̄ maiora damna ab ob-
ſtricibus iſerunt. qz ut plurimū iſantes
aut hñt interimere aut demonib⁹ offerre. ab
iſpa etiā matertera aſſeruit ſe grauiter fuſſe ſe
mel verberata: eo q̄ ollam quandā occultatā
diſcooperiēdo plurimoz infantū capitare rep-
erifſet. **Et** plura alia retulit priuus pſtico pro-
dicenda veritate iūramēto ut decuit. cuius de-
niq; verbis ſup modū p̄fitendi fides indu-
bia accommodat̄ etiā p̄ ea q̄ in ſuo fornicario
pſatus. **Io.** nider doctor p̄cipiūs: q̄ etiā no-
ſtris tpib⁹ miris claruit ſcripturis recitat.
et hoc ex relatu inq; ſitoris eduensi dioceliſ
qui etiā in ipa diocesi multos de maleficijs
reos inq; ſierat et incinerari fecerat. Dicit enī
pſato inq; ſitoris mihi referente p̄cepit q̄ in
lausane ſe ducatu quidaz malefici p̄prios na-
tos iſantes coxerant et comederat. **Nodus**
autē diſcendi tale arīt fuit ut dixit q̄ malefi-
ci in certā cōtionē veneſt et ope coꝝ veriſi-
militer demonē in assumpta imagine videret
hois cui discipulus habebat necessario dare
fidē de abnegādo christianismo de eucharis-
tia nunq; adoranda et de calcando ſup crucē
vbi latēter valerer. **Sequit** aliud exemplum
ab eodē. **Fuit** in ſup fama cōmuniſ petro iu-
dice in boltinge referente q̄ in terra bernen-
ſium. viij. iſantes deuorati eſſent a maleficiſ
q̄ obrem etiā publica iuſticia ſatiſ dure exar-
ferat in tales paricidas. **Cū** autē petrus q̄ſi-
uiſſet a quādā capta malefica p̄ quē modū iſan-
tes comederet. **Illa** rñdit. **Nod⁹** iſte eſt.
Nā iſantib⁹ nondū baptizatis p̄cipue iſi-
diamur. vel etiā baptizatis pſertim qñ ſigno
crucis nō muniunt et orationib⁹. **Lector** ad-
uerte q̄ ideo nō baptizatis p̄cipue iſidianē
iſtinctu diaboli ut non baptizetur ſequitur
hos in cunabiliſ vel ad latera iacentes pare-
tum ceremonijs noſtris occidiſ quos poſt
q̄ putantur oppreſſi eſſe. vel aliunde morui

Explanatio
Capituli

De tumulo clam furto recipimus: et in caldari decoquimus quousque e nulis ossibus tota caro efficitur pene potabilis. de solidiore materia vnguentum facimus nostris voluntatis bus et artibus: ac transvectionibus ac comodis. de liquidiori vero humore flascone ut vtre replemus. de quo is qui potatus fuerit additis paucis ceremonijs statim psius efficitur et magister nostre secte. Sequitur ad idem modus altius magis distinctus et clarus. Nam iuuenis quidam cum uxore malefica capti in bernensi iudicio scorsus ab eadē et in distinctā turrī repositus dixit. Si meorum facinorum veniam consequi possem: omnium que de maleficis scio libens patefaciem: mori enim video me oportebit. Tunc per litteratos circumstantes audisset omnitudinem posse consequi veniam si vere peniteret. tunc lete se morti obulit: et modos prime infectionis disseruit. Ordo inquit talis est quo etiam seductus sum. Oportet primo ut dominico die ante quā aqua benedicta consecratur discipulum futurū cum magistris ecclesiam intruire et ibidem abnegare coram eis christum: eius fidem: baptisma et iuuenitatem ecclesiaz. Deinde omagium prestare magisterulo id est paruo magistro. ita enim demonem et non aliter vocant. Ubi notandum quod iste modus cum alijs recitatis recordat. Nec obest quod demon interdū presens est rbi omagium sibi prestatur: interdū verbo non. Dolose enim tunc operatur cernens dispositionē futuri discipuli. que fortassis ab eius presentia tanquam nouitius retrahetur timoris causa. cum tamē alias per sibi notos et familiares faciliter estimat eum assentire. Ideo quod cum et tunc magisterulum vocant cum absens est ut minore terrore ex parua estimacione magistri cōcupit. Sequitur postremo. De utre habet supradicto. quo facto statim se interioribz sentit imagines nostre artis cōcipere et retinere super principales ritus huius secte. In hunc modū ait seductus sum. Et uxor mea quam tante pertinacie credo ut potius incendium sustineat: quam minimā fateri velit veritatem. sed heu ambo rei sumus: sicut dixit iuuenis ita veritas per omnia reperta est. Nam p̄confessus iuuenis in magna cōtritione mori visus est. Ut uero testibus cōvicta nihil veritatis. nec in ipa tortura fateri voluit. nec in morte: sed incendio p̄parato per licetorem eidē verbis pessimis maledixit: et sic incinerata fuit. Ex quibus liquet modus pfendi earū solennis. Alius uero modus priuationis fuit diuersis medijs. Interdū enim pri-

ris aut mulieribz: aut aliqua alia corporal. seu temporali afflictione inuolutis demoni astat. interdū visibiliter: interdū per medias alloquitur personas. et si fm eius cōsilia agere velint omnia p̄futura pollicetur ad nutum. a paruis tamē ut in primo capitulo tactus est inchoando ut ad maiora paulatim perducat. Maria possent ad hoc deduci acta et gesta per nos in inquisitione reperta sed quod difficultate hec materia non patitur brevitatē studiū est cum vteriori declaratione.

Pro declaratōe omagij prestandi aliqua sunt aduertenda.

Grum super hoc quod diabolus omagium recipit aliqua sunt aduertenda: qua vicis de causa et quod differenter hoc faciat. et primo. Nam licet hoc faciat principiter ad maiorem offensionē divine maiestatis creaturā ei dicaram sibi usurpando. et ob maiorem certitudinem future illius damnationis quam summe affectat. Tamē sepe reperiū est a nobis tale omagium ad certos accepisse annos simul cum p̄fessione. Interdū p̄fessionē tamen et omagium ad certos annos distulisse. Et dicamus p̄fessionē cōsistere in fidei totali aut partiali abnegatione. Totali ut supra tactū est cum fides ex integro abnegat. Partiali cum ex pacto inito habet ceremonialia quedā cōtra statuta ecclesie obseruare. ut dñcis diebus ieunare. aut sextis ferijs carnibus vesci. aut certa crimina in cōfessione celare. vel aliquod simile ppetrare. Omagium vero dicamus cōsistere in corporis et aie traditione. qua de causa autem talia practicant possumus assignare quatuor causas ex parte demonis. Cum enī ut supra in prima pte tractatus declarat circa secundū principale. An demones ad odium vel amorē metes hominē possint immutare partit. quod intima cordis non possit penetrare cum hoc soli deo cōueniat. Ex cōiecturis tamen in illo cognitionē deueniū. ut etiā iam inferiū patebit. Ideo versutus ille hostis si considerabit noviciā in aggressu difficile ad cōsensum tunc blāde eā aggredit: pauca etiā ut paulatim ad maiora p̄ducat. Secunda causa. Nam cōinter abnegātes fidē diuersitas credenda est cum quedā ore sed non corde. quedā ore et corde diabolus expiri volēs an corde sicut ore sibi p̄siteat. certos annos deputat: ut eo in ipso ex operibz et cōversatōe mentē eius inuestiget. Tercia causa. Nam si p̄ tamen spaciū cognoscit ipam ad quācūq; exequēda minus voluntaria et quod iā ore non corde sibi adhεreat. p̄sumitq; diuinā misericordiā aperte ageli boni custodiā quam demon in multis expiri p̄t p̄futurū tunc ipam

27

